Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Radow Johann Gotthard Böckel

# Disputatio Inauguralis Iuridica, De Absentia

Rostochii: Kilius, 1671

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741506319

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Abweisenheit

Praes: Radovius, Georg /a

Resp.: Böckelius, Joh. Godhard

:

Rst jur 1671

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741506319/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741506319/phys_0002
DFG

XXXI.

# DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA, De ABSENTIA,

*Quam*

Deo Favente

*ex*

Authoritate & Decreto
Magnifici & Ampliſſimi JCtorum Ordinis
in Celeberrima Roſarum Academia

PRÆSIDE

*VIRO Nobiliſſimo, Excellentiſſimo, Conſultiſſimo*

## DN. D. GEORGIO RADOVIO,

J.U.D. & Profeſs. Publ. Nobiliſſimorum Statuum Provinc. Syndico meritiſſimo, ad hunc actum Ampliſſimæ Facultatis Juridicæ DECANO Spectabili, Patrono ſuo ſuſpiciendo.

*pro*

Summis in utroq; jure honoribus & privilegiis conſequendis,

*publico examini proponit*

## JOHANNES GODHARDUS BöKELIUS,

In Auditorio Majori ad diem 25. Maij horis ante & poſtmeridianis.

34.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Univerſit. Typogr. 1671.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741506319/phys_0003
DFG

Univerſitäts-
Bibliothek
Roſtock

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741506319/phys_0004
DFG

## Deo Favente.

### §. I.

**De nomine Abſentiæ. Etymologia.**

DE Abſentia dicturo mihi imitari liceat maximos JCtos *vid. Ruland. de commiſs. p. 1. l. 1. c. 2. inpr.* & de ipſa voce præmonere, illam eſſe compoſitam. Particula n. *Abs* innuit defectum & carentiam, uti particula *Ad* augmentum. *Strauch in Lexic. partic. jur verb ab & ad. Hering. de fidei. c. 3. n. 37.* abſentiam itaq; dicimus, uti perhorreſcentiam & excandeſcentiam, Euphoniæ a. gratia *Abeſſe* non *Abſeſſe*, & *abſentia* non vero *abentia* dicitur.

**Homonymia.**

§. 2. Sumitur a. vox abeſſe & abſentiæ, 1 *impropriè* & quidem (1) *pro non ſuccurrere. Nizol. in Lexic. Ciceron.* uti vox *adeſſe* ponitur pro *patrocinari*, & de Advocatis cauſarum. *Senec. de beneſ. lib. 5. c. 8.* Nemo, quamvis pro ſe dixerit, ſibi adfuiſſe dicendus eſt. (2) pro deficere, deeſſe. *Plautus*: unum adhuc abeſt à prætura. (3) *pro non habere.* Cicero paſſim; abſum à ſpe conſulatus, abſum ab illius ſententia (4) Res corrupta dicitur abeſſe. *l. 1 §. 1. cum l. ſeq ff. de v. S.* & *Gödd. ib. n. 2. & 3. l. 6. §. 1. ff. de aur. & arg. leg.* (5) ratione patrimonii dicitur abeſſe, quod aliis adhuc debemus, *l. 28. ff. de neg geſt. l. 15. §. 5. ff. ad l. Falcid.* & ad ſolutionem jam ſepoſitum eſt *l. 26. §. 2. l. 47. ff. mand.* & certo abfuturum *§. 2. J. de obl. quæ qs. ex contr l. 2 ff de Neg geſt.* aut revocari à nobis poteſt. *l. 22 de a r. d l. 121. de v S.* junct: *l. 15. ff. de R. J. & l. 52. de acq. r. d.* (6) quando pretium rei abeſt, res dicitur abeſſe. *l. 14. ff de v. S. l. 80 §. 1. ff. de furt. l. 34. §. 7. ff. de Legat. 1.* junct. *l 70. §. fin. & ſeq ff. de legat. 2.* ſi ſcil; & pretiũ & res ipſa debeatur.

§. 3. Remiſſis cœteris impropriis ſignificationibus 2. propriè res abeſſe dicitur (1) qn. non amplius eſt in rerum natura, & tum, ſi animata res eſt, dicitur mortua. *c. 7. de off. deleg.* cui jung: *Barthius ad verſ l. 2. c. 3. & l. 10 c. 20.* Si inanimata, dicitur periiſſe v. gr. qn. incendio conſumpta. *l 5. ff de reb. cred l. 5. §. 4 ff. commod* (2) qn. eſt quidem in rerum natura, ſed non in hoc vel illo loco *Marian Socin. tr. de teſtib. n. 165. c. fin de probat.* & tum itidem dicitur vel de rebus inanimatis *l. 11. ff. ad exhib. l. 14. ff. de v. S. l. 47. ff de furt.* cui junge *Hotom. lib. 1. reſp. amic. in fin.* vel de rebus animatis & iis vel irrationabilibus *§ 14. 15. 16. de rer: diviſ.* vel rationabilibus, quæ nil aliud ſunt, quàm homines, de quorum abſentia nobis ſermo erit; definiriq; ſ. deſcribi poteſt, quod ſit *carentia hominis in eo loco, ubi is præſens eſſe, vel potuiſſet, vel debuiſſet.*

**Definitio.**

**Diviſiones Abſentiæ.**

§. 4. Sicut a. homo conſtat animo & corpore, ita etiam hominis abſentia duplici modo conſideratur. De abſentia Animi eſt *l. 209. & l. fin. ff. de v. S.* & abeſt animus vel planè & in totum, uti furioſis *l. 124 §. 1. ff. de R. J. l. 2. §. pen. ff. de jur. codicil l. 124. §. 1. ff. de rec. arb.* dormientibus & morbo comitiali correptis. *l. 1. §. ult. ff. de aut. tut.* vel abeſt tantum animus ex parte ſ. perfectus ad negocia gerenda. *Maſcard. de probat. vol. 1 concl. 9 n. 7. Bartol de teſtib. n 94.* huc referendi infantes. *l. fin ff. de v. S.* pupilli. *l. 7. §. 11. ff. quib ex cauſ. in poſs eat. Faber. Conjectur. c. 16 pag. m. 306* prodigi. *arg. l. 40. ff. de R. J. l. 12. ff. de tut. & cur. dat.* De abſentia corporis eſt text. *in l. 199. ff. de v. S.*

**Diviſio 1.**

**Diviſio 2.**

§. 5. Porrò abſentia dividitur à Dd. in neceſſariam & probabilem ſimul, probabilem tantum, neceſſariam tantum, voluntariam ſine contumacia & voluntariam cum contumacia. *Gloſs. Jaſon & Dd in l. ult. ff de reſtit. in integr:* Sed commodius fortè diſtinguemus in voluntariam & non voluntariã, Nõ Voluntaria oritur vel ex errore.

*l.* 17. §. 16. *ff. de ædil. ed.* vel dolo alterius. *tot. tit ff. de eo per quem fact. er. qv. min. quis. jud: ſiſt.* vel ex neceſſitate, eaq; vel naturali vel morali.

§. 6. Ad Abſentiam moraliter neceſſariam referenda eſt (1) *abſentia Reip. cauſa.* Farin: *lib. 1. tit: 1. qu. 11. n. 53. Frid. Marſel: de Legat: lib: 1. diß:* 4. *Beſold: de legat. in proem: c. 1. n.* 2. Huc pertinent (1) Legati *Kirchner: de legat: lib.* 1. *c.* 1. (2) Reſidentes. *Souſa deciſ: Luſitan:* 48. *in fin. Gentil: de Legat: l. 1 c. ult: in fin:* (3) Agentes *Hotom: de Legat: c. 1. n. 3. Beſold: d. diß: c. 2. n. 6. Godofr: de præced: c. 7. n.* 47. *& in part. 2. n.* 2. (4) Nuncii in ſpecie ſic dicti, qui ſine omni ſtrepitu apparatuq; mittuntur (5) qui quocunq; titulo aut nomine à Principe publica autoritate mittuntur, uti præſides provinciarum, proconſules, commiſſarii &c. arg: *l. 32. ff ex qu. c. maj.* (6) mercatores qui juſſu ſuperioris annonam in Remp. vehunt. *l. 5. § 3 ff. de jur: imm. Hillig: ad Donell. l. 21. c. 5. lit: K* (7) Milites. *l. 7. ff. ex qu. c. maj:* quamvis Romæ militent. *Zaſius ad d. l. 7 n 22.* (8) qui militem ducunt, reducunt aut legendum curant. *l. 35. pr: ff. eod.* (9) omnes reliqui, qui alias operas, præter armorum exercitium, præſtant militibus *arg: l. 33. §. 1. ff. eod.* (10) qui ad compeſcendos malos homines miſſi. *d. l. 35. §. 5.* quo pertinent præfecti vigilum *l. 1. ff. de off. præf. urb:* Irenarchæ in provinciis de quibus *in Cod: Theod: lib. 12. tit: 14. Sveton: in Auguſt: c. 32. & in Tiber: c.* 37. Limenarchæ. *Perez. ad l. 4. C. Theodoſ. de Irenarch:* (11) Si paganus juſſu conſulis aut Imperatoris in expeditionem tranſivit. *d. l. 35. §. 6. ff. ex qu. c. maj.* (12) Comites eorum, qui Reip. cauſa abſunt. *Royz: deciſ. Lithuan: 4. n 462. l. 1. C. de uxor. milit: Olrad: conſ. 11.*

§. 7. Vidimus, qui Reip. cauſa abſentes ſunt. Sunt etiam alii, qui videntur quidem Reip. cauſa abeſſe, in eorum tamen numero de jure non habentur. Tales fuere (1) olim, qui municipii cauſa aberant: uti n. ipſa Reip. vox non niſi in latiori ſignificatu municipia complectitur. *Beſold. in diß: de præc: polit: c.* 8. *Perez. ad Tit: Cod. de jur. Reip.* ita etiam municipii cauſa abſens, non niſi impropriè Reip. cauſa abſens dici poteſt. *l. 13. §. 1. ff. de publican. l. 26. §. 9. ff. ex qu. c. maj. Gloß. in l. 30. ff. de acq. hær.* Sed poſtea ex Principum Conſtitutione etiam privilegia legatorum Reip. cauſa, his conceſſa ſunt *l. 8. ff. ex qu. c. maj. l. 1. C. eod. Odd. de reſtit. in integr. qu. 6. art. 11. Maſcard. de prob. vol. 1. concl 11. n. 2.* (2) qui legatione libera, ſui commodi cauſa abſunt. *l. 14 ff. de Legat.* junct. *l. 42. ff. ex qu. c. maj.* de qua legationis ſpecie videri poſſunt *Lipſius ad lib. 11. annal. Tacit. Gentil. de legation. lib. 1. c. 8. Weſenb. par. ff. de legation. n. 8. Spangenb. in ſpec. nobil p. 1. lib. 8. c. 11. Schonborn. lib. 3. Polit. c. 27. Cujac. l. 9. obſ. 29. Hotom. lib. 9. obſ. 4. Marſel. de legat. diß. 7.*

§. 8. Quodſi quis partim ſuâ, partim Reip. cauſa abeſt, videndum cujusnam cauſa principaliter abſit, & ex eo dijudicandum. *l. 4. ff. ſi cert. pet. Tiraq. de retr. munic. § 30 gl. 1. n. 6. Maſcard. de probat. vol. 1. concl.* 1. *n. 3* Quodſi in dubio ſit, cujus cauſa quis abeſt, tum privati commodi cauſa cenſetur abeſſe. *Maſcard. d. l.*

§. 9. (3) Qui dolo malo abſunt, & ſub ſpecie abſentiæ Reip. cauſa ſuum commodum quærunt. Dicuntur a. doloſe abeſſe, qui id egerunt, ut reip. cauſa abeſſent magnam utilitatem inde captantes *l. 4 & 5. ff. ex. qu. c. maj.* qui cum reverti potuerint non ſunt reverſi. *l. 38. §. 1. ff eod.* Si quis maturius profectus eſt, quàm fuerit opus. *l. 5. pr. eod.* qui criminis evitandi cauſa id egit, ut abeſſet. *l. 15. §. 2. de adult.*

§. 10. 2. Ad

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741506319/phys_0006
DFG

§. 10. (2.) Ad abſentiam moraliter neceſſariam refertur abſentia ſtudiorum cauſa. *l. quæſitum ff. de legat. 3. Cephal. conſ 83. n. 6. par.* 1. *l. 20. § 6. ff. de inſtruct.* Et pertinent huc (1) qui in patria ſtudent *Limnæ lib. 8. jur. publ. c. 9. Carpzov. conſ. Elect. lib. 2 tit: 2. reſp. 22. Hunn. in auth. Cod. Ne Fil. pro patr. c. 1. qu.* 3 (2) qui in Scholis trivialibus ſtudent *Limnæ. d. l Beſold. lib 1. Polit. c. 12. n. 44.* (3) qui in loco privato, ubi fortè Doctor celebris degit, ſtudiis incumbunt. *Horat. Luc. de privil. ſtud. rubr. de his qui gaud. privil n. 24.* Etiã (4) famuli & Comites Studioſorum. *Rebuff privil: 166 Calcan. Conſ 71.* (5) Parentes & amici qui ſtudioſos inviſunt. *Rebuff. privil. 78. Sichard. ad auth. Habita n. 11.*

§. 11. Habentur autem hi omnes pro abſentibus, quam primum domo profecti. *Horat Luc. de privil. ſtud. d rubr. n. 20.* etiam per id tempus, quod redeuntes in itinere conſumunt. *Rebuff. privil. 12.* & qn: domum ob cauſam aliquam redeunt, ſtatim ad Academiam reverſuri. *arg: l. 3. ff. de divort. Cothman. reſp. acad. 12. & 21.*

§. 12. (3) Ad abſentiam moraliter neceſſariã referri poteſt abſentia Mercatorum. *arg. l. 5. §. 3. ff. de jur immun. Ariſtot. l. 7. Polit. c. 9.* (4) deniq; qn. quis ob aliam cauſam abeſt, v. gr. amicorum infirmitatis ſublevandæ cauſâ. *Faber: in prax. crim. Can. c. 10 n. 51.* aut ob metum juſtum mortis, vel cruciatus corporei. *l. 2. in fin. & l. 3. ff. ex qu. c. maj. c. 35 extr. de off. deleg. l. 13. C. de transact.* vel majoris mali. *l. 5. ff. quod met. c.* Peſtis. *Clementin. Paſtoralis. de Re jud. Menoch. de A J q. caſ. 153. lib. 2.* Sævitiæ judicis. *Roman Conſ. 263 vol. 1.* verberum. *l. 3. quod met. cauſ.* vinculorum. *l. 7. §. 1. eod.* ſtupri *l. 8. eod.* amiſſionis bonorum. *Aretin. Conſ. 14. n. 15.* minarum graviorum, & quas ſolet & poteſt exequi minitans. *l. 7. C. quod m. cauſ. l. 9. ff. eod. l. 7. §. 3 ad l. Jul. Maj.* Si porrò juramento quis ſe obſtrinxit, quod nolit recedere à loco. *Gloſ in l. 10. ff. quib. ex c. maj. Guid. Pap. deciſ. 253. & ſingul 437. Royz. deciſ. 3 n 33* aut locus ad quem vocatus, in honeſtus eſt. *l. 21. §. 11. ff. de recept. arb. Royz. deciſ. 4. n. 372.* aut juſſus & authoritas judicis obſtet, quo minus veniat. *Damhoud. in prax crim. c. 25.*

§. 13. Ad abſentiam porrò neceſſariam naturaliter, referri poteſt, qn. quis v. gr. abeſt ob morbum eumq; ſonticum. *l. 38. §. 1. ff. ex quib c. maj. l. 60. ff. de re judic. ubi Gloſ. Royz. deciſ. Lithuan. 4. n 344.* aut ob cœli injuriam, fluminis impetum, aut aliam cauſam vim humanam ſuperantem *Farin. lib. 1, tit. 1 qu. 11. n. 52. Royz: deciſ. 4. n. 15.*

§. 14. Abſentia neceſſaria iterum eſt vel ſine culpa abſentis vel ex culpa v. gr. qn. quis relegatus aut bannitus. *l. 1. & 2. ff. de his qui in exil. mitt. l. 20 ff. de minor. Cornazan. deciſ. Lucenſ. 80. n. 8.*

§. 15. Abſentia voluntaria eſt, qn. quis ex nulla cauſa neceſſaria abeſt, ſed ex mera ſibiq; ſoli relicta voluntate. Hæc voluntas vel contumaciam & dolũ comitem habet, vel dolum tantum, vel utroq; vacat. Contumaciâ itaq; & dolo laborat abſentia, quando quis citatus nõ comparet. *l. 53 pr. ff de re jud.* Eſtq; contumacia vel vera vel præſumpta; vera, qn. v. gr. quis dixit, ſe non venturũ, & ſine juſta cauſa etiã emanſit. *l 7. de in integr. reſtit. l. 73. in f. ff de re judic.* præſumpta eſt, quando non conſtat, citatũ notitiam citationis habere, & emanſit. *Rosbach. in proc. civ. tit. 30. n. 50. Weſenb. comm. ad l. 13. §. cenſemus. n. 7. C. de judic. Umm. in diſp. proceſ. 6. § 1. n 2.* Dolo tantùm laborat abſentia, qn. non citatus quidem, ſed nihilominus animo fraudandi alterius cauſa, nullo impedimento detentus, abeſt. Exempla ſunt in *l. 17. §. 14. & l. 17. §. 2. ff. de ædil. ed. Zaſius ibid. & lib. 1. conſ. 19. Royz. deciſ. Lithuan. 3. n. 508.*

 §. 19. Por-

*Diviſio 3ia.*

§. 16. Porrò ratione qualitatis dividitur abſentia in probabilem & improbabilem. Ad illam refertur abſentia neceſſaria ſine culpa abſentis, & voluntaria ſine dolo aut contumacia. Ad hanc v., abſentia neceſſaria culpoſa, & voluntaria cum dolo aut contumacia.

*Diviſio 4ta.*

§. 17. Ratione circumſtantiæ temporis dividitur abſentia in diuturnam & non diuturnam.

*Diviſio 5ta.*

§. 18. Ratione diſtantiæ loci in remotam & propinquam. *Tiraq. in l. connub. gloß: 8. n. 6.*

*abſentia quotuplex ratione objecti.*

§. 19. Ratione materiæ & objecti varias etiam conſiderationes admittit abſentia. *Gail. 1. obſ. 49 n. 10.* Sic in ſtipulatione abſens eſt, qui exaudiri & videri non poteſt. *l. 1. §. 1. de v. obl: Rimin. Sen. Conſ. 277. n. 1. vol. 2. Maſcard: de probat: vol. 1. concl: 9. n. 2. Hering: de Fidej: c. 11. n. 8.* In judicialibus abſens eſt, qui à loco, ubi jus dicitur, abeſt. *l. non tantum §. adeſſe. ff. de fidei c. libert: l. 4. §. abeſſe. ff. de damn. inf:* aut qui non facilè poteſt conveniri. *Abb: in c. 5. n. 21. ut lit: non cont.* In teſtamento teſtis abſens cenſetur, qui teſtatorem non videt. *l. 21. ubi Dd. ff. qui teſt: fac. poß: Clar. l. 3. rec: ſent: §. teſtamentum n. 59.* In procuratore conſtituendo conſtituens pro abſente habetur, ſi eſt in hortis vel in continentia urbis. *l. 5. §. 6. ff. de procur:* In materia præſcriptionis abſentes ſunt, qui non habitant in eadem provincia. *l. fin: C. de præſer. long: temp: § 1. J. de uſucap:* Hodiè v. ex ſententia *Joh: Fabri ad Tit: de uſucap: in Inſtit: n. 9* illos dicimus abſentes, qui non degunt ſub eadem jurisdictione ſuperiori, etiamſi in confinio viciniſſimè cohabitent. *Obrecht: diſp: ad Inſt. 26. th: 270. & Fab: d. l. n. 12.* Is a. qui gaudet privilegio fori ſpecialis, in loco fori ordinarii, habetur pro abſente, quamvis ſub eadem jurisdictione degat. *Faber. d. l.* viciſſim qui in multis provinciis domicilium habet, in qualibet habetur pro præſente. *Harpr: ad tit: inſt. de uſuc: pr: n. 131.* Si v. quis nullibi domicilium habet, is ubiq; pro præſente habetur. *Obrecht: diſp: ad Inſtit. 27. th. 138.*

*Negocia in quibus perſonarum præſentia non requiritur.*

§. 20. Ut a. ad ipſum objectum, circa quæ abſentia verſatur, veniamus, ponamus ſequentes regulas, illasq; exemplis confirmabimus: Sit itaq; Regula 1. *Omnia negocia quæ nudum agentium conſenſum requirunt, poſſunt inter abſentes peragi.* Sive ſint pacta nuda. *l. 2 ff. de pact:* eaq; vel expreſſa vel tacita. *Cuno de pact: lib. 1. c. 14.* obligatoria vel liberatoria. *Cancer: var: reſol: part: 3. c. 7. n. 333. Cuno de pact: c. 24. n. 7.* ſive ſint legitima Pacta. *l. 4. 10. ff. de donat: l. 6. §. 13. C. eod: Nicol: de Paſſer: de ſcript: priv: lib: 3. qu. 1. n. 8. l. 24 & 26. ff. de conſtit. pec:*

*Pacta. contract9.*

§. 21. Sive contractus, iiq; vel conſenſuales. *l. 2. §. 2. de obl: & act. §. un. I. de obl: ex conſenſ: Roman. conſ: 291.* ut mandatum. *Godd. de contrah: ſtip: concl: 5. n. 18.* emptio venditio. *l. 1. §. fin: de contr: empt:* Locatio conductio. *per. l. 24. C. locati.* Fidejuſſio juxta hodiernam praxin. *Herin: de fidej. c. 11. n. 78. Treutl: vol: 2. ſel: diſp 28. th. 4. lit. a.* Societas. *l. 4. ff. pro ſocio.* Vel reales, ut mutuum. *Kitzel: de mutuo c. 6. n. 31.*

*ultim. voluntates.*

§. 22. Ultimæ voluntates v. gr fideicommiſſa & legata rectè inter abſentes fiunt. *l. 22. C. de fideic: & l. 75. ff. de legat: 2. Peregrin: de fideic: art: 43. n. 2. Mantic: de Conject: ult: vol. lib: 1. tit: 10. n 5.* etiam donatio mortis cauſa. *l. 77. §. 26. ff. de legat: 2. Hotom: lib. 8 obſ: 18. & lib: 4. obſ: 28.*

*jura in re.*

§. 23. Ampliatur etiam propoſita regula circa jura in re. Acquiruntur enim hæc

inter

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741506319/phys_0008
DFG

inter abſentes ſpacio 20. annorum. *tot: tit: C. de long: temp: præſcr: l. pen. C. de uſufr: l. pen: C. de ſervit:* ſi ſcil. res ſunt immobiles vel incorporales. Acquiritur etiam jus in re per traditionem, quæ inter abſentes etiam fit, *l. 2. ff. pro ſocio l. 1. §. 21. ff. de acquir. poß. §. interdum. 44. J. de acq: r. dom:* & vocatur tum quaſi ſ. ficta traditio. *Tiraq: de conſtit: poſſeß: limit: 30. n. 1.* Poſſeſſio etiam acquiritur abſenti mediante alia perſona vel liberâ vel poteſtati ſubjectâ. *Beneventan: quæſt: Sabbath: 35. n. 4. Forſter: de domin: c. 6. n. 54. Cornazan: deciſ: Lucenſ: 170. n. 5.* Retinet etiam poſſeſſionem abſens. *Alciat: in l. 1. n. 69. ff. de acq: poß: Zaſius ad l. 6. §. fin: ff. de acquir: poß: Gilken: de præſcr: p: 2. m. 3. c. 3. n. 11.*

§. 24. Pignus qq. abſenti rectè conſtituitur. *l. 34. §. 1. de pignor: & hypoth: Neguz. de pignor: p. 3. m. 1. n. 39.* Idem dicendum de hæreditate quæ confertur & acquiritur abſenti. *§. fin: J. de hær: inſt. & ibi Harpr: l. 1 §. 7. ff. de ſuis & legit: hær. Schurer: de hær: ab inteſt: tit: 8. ampl: 9. Richter. de ſucceß: ab inteſt: in proem: n. 22.*

*Sponſalia.*

§ 25. Sponſalia porrò hodierno jure inter abſentes fiunt, vel per nuncium & epiſtolam. *l. ult: ff. de ſponſal: l. 4. ff. de rit: nupt: Alber: Gentil: de nupt: lib: 2. c. 14. Tuſch: pract: concl. lit. C. concl. 985. n. 2. Carpzov. part. 4. conſt. 20. def. 9. n. 2. Zaſius conſ. 2. 3. 4 & 5. vol. 3.* quibus jung: *Cypræum. de ſponſal. c. 9. §. 20.* vel per procuratorem. *Beuſt. de matrim: c. 43. Gentil: lib: 2. c. 15.* vel per proxenetam. *Stracca de proxenet: p. m. 22. Cypræ. de ſponſ: c. 9. §. 14. C. J. Argent: lib. 23. tit. 1. n. 8.*

*Legitimatio.*

§. 26. In legitimationis actu non requiri præſentiam legitimandi rectius ſtatuunt. *Bald: conſil: 146. n. 2. lib: 1. Boer: deciſ: 160. n. 5. Ruin: Conſ: 90. n. 3. arg. Novell: 89. c. 2.* pro ut etiam deciſum tenent *Beltram: deciſ: rot: Rom: 41. & Cacher: deciſ: Pedem: 119 n. 22. quibus junge Tiraq: de nobil: c. 6. n. 28.*

*Cura.*

§ 27. Conſenſus curatoris dari poteſt per epiſtolam aut nuncium. *Montan: de tutel: c. 30. n. 28. Aſcan: Clem: de patr: pot: eff. 4. n. 38. Fransk. exercit. 3. qu. 4.* Idem in conſenſu mariti, in contractibus uxoris, iis ſcil: in locis, ubi uxor in cura mariti eſt. *Rodenb. de contr: mul: tit: 3. c. 1. n. 16. Tiraq: gloß: 8. n. 38. & gloß. 6. n. 29. & 34. in LL. Connub:* & in conſenſu patris, qui datur filio. *Aſcan: Clement: de patr: pot: eff. 4. n. 29. l. 1. §. 1. ff. quod juß: Tiraq: de ll. Connub: gloß: 6. n. 22.*

*Delicta.*

§. 28. Materiam delictorum quod attinet, abſens poteſt delinquere. *Farin: qu crim 105. n. 3.* Imò delinquit, dum delictum fieri mandat. *Carpzov: prax: crim: p. 1. qu. 4. arg: l. 1. §. 1. mand.* delinquitur etiam in abſentem, vel immediatè. *l. 15. §. 7. ff. de injur.* vel mediatè. *l. 1. §. 3. ff. de injur: Farin: p. 3. qu: 105. n. 280.*

*Judicia.*

§. 29. In judicialibus Litis conteſtatio poteſt ab abſente per procuratorem fieri. *c. 15. de reſtit: ſpol: c. 4. & 6. de jur: cal: c. un. ut lit: non. conteſt. c. 62. de appell.* Libellus quoque ſupplex rectè ab abſente fit. *Obrecht. de concip. & form libell. cap. 11.* nec minus delatio. *c. epiphanium. 5. qu. 6. Tholoſan. ſynt. jur. lib. 32. c. 24. n. 25.*

*2da Regulæ obtinet in Tutela.*

§. 30. 2da Regula: *Quando ipſo jure procedi poteſt abſentibus perſonis, tunc nec conſenſus nec præſentia perſonarum requiritur.* Sic tutor etiam abſens dari poteſt teſtamento. *l. 32. in pr. ff. de teſtam. tut. Montan. de tutel. c. 9. n. 12.* legitimus tutor etiam abſens fit *Alex: conſ. 161. n. 7. lib. 5.* à judice etiam abſens tutor dari poteſt. *l. illud ff. de tutor. & curat. dat.* dum tamen intra 30. dies à die electionis denuncietur electo tutori. *l. ult. ff. de tutor. & cur. dat.* Datur etiam pupillo abſenti Tutor. *Manz. de tutel. tit. 5. qu. 3. n. 26. per l. un. verſ. quod ſi C. ubi pet. tutor.*



§. 31. Ab-

*hereditate.* §. 31. Abſentis hæreditas poteſt adiri præſtita cautione. *ex l. fin: C. de ed: div: Hadr: toll: Tilem: de Bening: in apoſpaſm: ſyn: ſyntagm: 4. deciſ: 5. vol: 3. n. 7. Muller: lib. 2. ſemeſtr: c. 45. in pr:*

*contractu & delicto univerſitatis & ſocietatis.* §. 32. Huc pertinet, quod ex contractu univerſitatis etiam obligantur abſentes. *Godd. de mutuo. c. 2. n. 250. Coler: de proc: execut: p. 2. c. 3. n. 365. Autor duquiſ. Polit: caſ: 53.* In materia delictorum etiam, quando præſentes cives deliquerunt, abſens & non conſentiens civis itidem obligatur, ac reliqui præſentes, & ſi quæ pœna pecuniaria imponitur, tenetur contribuere. *Loſæ. de jur: univerſ: par: 4. c. 1. n. 34. Gomez: var: reſ: tom: 3. c. 1. tit: de delict: n. 53. Clarus qu. 82.* quamvis contrariam ſententiam ut æquiorem approbet. *Cacheran: deciſ: pedem. 90. Charter de exec: ſentent: tit: capto bannito. in præf: n. 69. Farin: tom: 1. qu. 24. n. 118.* quibus jung. *Menoch. Conſ: 101. n. 43. vol. 1.* Sic etiam Magiſter navis tenetur ex delicto ſuorum in navi, quamvis abſens fuerit. *Boer: deciſ: 56. n. 4. & 5. Matth: de Aſflict: deciſ: 82.*

*Judicii.* §. 33. Quoad materiam judiciorum. Poteſt reus regulariter conveniri ſive conſentiat ſive non, ſive abſens ſive præſens ſit, in loco domicilii *l. 2. de jurisd.* tam in criminalibus *Cancer: var: reſol: par. 2. c. 2. n. 71. Zanger: de except: p. 2. c. 1. n. 248. Boer: deciſ: 270. n. 4.* quàm in civilibus *c. fin: extr: de for: comp: l. 2. l. 3. l. 19. §. 2. & §. ult: ff. de judic:* Litis conteſtatio etiam hodie in foris pleriſq; fit abſente, vel reo, vel actore. *Panorm: in c. un: de lit: conteſt. n. 7. Felin: ib: n. 4. Obrecht. de lit: conteſt: c. 6. n. 5. 6. 7.* Teſtium juramenta etiam poſſunt abſentibus partibus fieri, ſi ſunt examinandi teſtes omni exceptione majores. *Alexand: conſ: 130. vol: 1. Farinac: de teſtib: qu. 72. c. 1. Raudenſ: deciſ: Piſan: 21. n. 12.* Ipſum porrò examen teſtium indiſtinctè partibus abſentibus fieri debet *l. ſi quando. C. & ibi DD. de teſtib: Rebuff: de teſtib: gloſ: 10 n 68.* in loco non ſuſpecto, ne fortè teſtium dicta clàm exaudiantur. *Bald: in rubr: ff. de judic: col: 2. in 2. lect.* ipſi etiam teſtes debent ſeparatim examinari. *l. 12. C. de teſtib: c. 52. de accuſ: Speculat: in tit: de teſtib: §. nunc tractandum. pr. Reuber: de teſtib: p. 3. n. 62.*

*3tia Regula.* §. 34. 3tia Regula: *In negociis, quibus perſonæ præſentia requiritur, ſi tamen citatus non comparet, poteſt procedi abſente illo*, uti hæc regula probari poteſt. *ex c. cum in veteri extr: de elect: c. cauſam matrimonii, de off. deleg. Panorm: in qu: jur: qu. 5. n. 5. Menoch: Conſ. 780 lib. 8.*

*Exempla.* §. 35. Sic in actu electionis, citatis abſentibus, procedi poteſt à præſentibus. *Mandagott: de jur: ele: c. 16. c. 19. extr: de elect: R. Imp: de Anno 1529. & de Anno 1541. §.* und das aber in dieſem. *&c: Buxtorff: ad A. B. concl: 25. Arum: ibid: diſc: 2. qu. 24. Reinking. de reg. ſec: & Eccl: lib. 1. claſ. 3. c. 3. n. 17.*

*In judiciis.* §. 36. Idem in judicialibus conventibus, nō tantum ordinariis. *Zaſ: in tit. ff de pact. n. 34. Modeſt. Piſtor. vol. 2. conſ. 21 n. 87. Reinking. de R. S. & Eccl. lib 1. cl. 5. c. 8. n. fin. l. 10 ff. de pact.* ſed etiam in extraordinariis. *c. 21. §. adjicimus. extr. de off. delegat. Royz. deciſ. Lithuan. 3. n. 76. Wurmſer. tit. 1. obſ. 13. Rittersh. de differ. jur. lib. 5. c. 10.*

§. 37. Quamvis etiam baſis & fundamentum judicii ſit citatio abſentis. *Corvin. aphor. jur. Can. lib. 3. tit. 3. in pr.* Si tamen actor citatus non comparet, in ipſa cauſa poteſt procedi. *Umm. proceſs. diſp. 6. §. 2. n. 10. Mindan. de mandat. lib. 2. c. 8. n. 6. c. 3. extr: de dol. & contum. Menoch. de A. J. qu. c. 57. n. 26.* quod etiam obtinet, ſi reus eſt abſens, & cita-

& citatus non comparet. *Hillig. in donell: lib:28. c. 6. Specul: tit: de contum: §. 3. n. 2. O. C. p. 3. tit: 43. §. 4. & R J. de An: 1654. §.* würde drauff nun der citirte *&c.*

§. 38. Quamvis etiam abſens de jure civili non poſſit accuſari. *l. 6. C. de accuſ: l. 2. C. de exhib. reis.* nec ultra pœnam relegationis condemnari. *l. 5. ff. de pœn: Beſold: Conſ: 64. n. 18. Cacher: deciſ: 105. n. 8.* niſi in caſibus quos recenſet. *Menoch: de A. J. qu: lib: 1. qv: 80. n. 143.* Hodiernis tamen moribus plerisq;, contra abſentes & non comparentes ad citationem in capitali delicto procedi poteſt per proſcriptionem, quæ vocatur Mordacht/ Zettergeſchrey. de qua pluribus. *Conſtit: Carol: a. 155. Vultei. diſcept: forenſ: c. 11 Lancellot: de off. prætor: in crimin: pag: m. 761. Farin: qu: crim: 11. n. 3* uti etiam de more Franciæ teſtatur. *Boer: deciſ: 63. n. 6.* Cui jung: *Clar: §. fin: qu: 44. n 2. & n 10.* ubi addit: non requiri, quod ultra contumaciam de delicto per probationes ſit convictus abſens.

§. 39. Teſtis porrò in abſentia partis citatæ jurat validè. *Pilæus qu. jur: 47. arg: l. 13. C. de judic: Joh: Andr: in quæſt: Mercurial: ad Tit. de R. J. n. 56. Raudenſ. deciſ: Piſan. 10. n. 9.* niſi neutra pars adſit, tum enim dicta teſtium non probant, uti vult *Gloſſ: in l. ſi qn: C. de teſtib:* quam Gloſſam commendat. *R. Fulgoſ: in l. 1. C. quomo & qu jud:* & per quam multos proceſſus ſe evertiſſe ſcribit. Vid: *Crot: in tr: de teſtib: p. 7. n. 33.* Sententia lata etiam contra abſentem citatum valet. *Royz. deciſ: 2. n. 46. Deciſ: rot. Rom. novæ tit. de dolo & contum. dec. 2. & 16.*

§. 40. Ampliatur autem regula noſtra ſupra §. 34. propoſita (1) etiam in iis negociis, ubi præſentia perſonæ de ſolennitate actus eſt, cujus ampliationis exemplum eſt in tutore: hic enim ſi abſens, poteſt autoritas ejus ſuppleri vel per tutorem honorarium. *l 10. ff. de autor: tutor: Cujac. l. 7. obſ. 13 Decius Conſ. 479. Curt. jun. Conſ. 29. n. 6.* aut Magiſtratum per *l. 18. §. 4. in fin. C. de jur. delib. Manz. de tutel. p. 1. tit. 8. qu. 8. n. 74. Duaren. ff. de autor. tut. c. 4.* In caſu enim neceſſitatis aut juſti impedimenti per æquipollens poteſt ſolennitas impleri. *Tiraq. in ll. Connub gl. 6. n. 29. & ſeqq* Sic ad confectionem inventarii hæredis requiruntur ii, quorum intereſt. *l fin. § 2. C. de jur. deliber. auth. ſed cum teſtatos C. ad l. Falcid. Nov. 1. c. 2. §. 1. Caroc. de except. cont. præjud. ſent. exc. 125.* Si tamen planè non compareant citati & certi ſint, tum horum loco adhibendi ſunt Tabellio & teſtes *d. Nov. 1. c. 2. §. 1. d. l. fin. §. 2. Cacheran deciſ. Pedem. 181. Menoch. Conſ. 780. n. 11.*

*1 Regulæ 3tiæ ampliatio 1.*

§. 41. (2) Ampliatur Regula, ut procedat tàm in abſente, qui verè, quàm qui præſumptivè contumax eſt, quamvis poſteriori ſuccurratur remediis nonnullis, de quibus infra, ubi de effectibus abſentiæ, dicemus.

*Regulæ 3tiæ ampliatio 2.*

§. 42. Regula 4. *Actus, in quibus præſentia perſonarum requiritur, valet abſentibus illis, ſi in utilitatem illius geſtus eſt, in cujus favorem præſentia perſonarum requiritur, per l. 6. C. de legib.* Sic pupillus ſine tutore rectè contrahit, ſi utiliter contrahat. *Montan. de tut. c. 30. n. 157.* mulier ſine marito. *Wibel. de contract. mul. c. 4. n. 82. Tiraquell. in LL. Connub. gl. 8. n. 201.* Filius ſine patre. *Cancer. var. reſol. p 2. c. 1. n 55.*

*Regula 4ta. Exempla.*

§. 43. An etiam valet ſententia in favorem abſentis non citati lata? videtur quod ſic *arg. d. l. 6. C. de legib.* quamvis contrarium teneat *Caroc: de remed. contra præjud. ſent. excep. 125. n. 2. 3. &c. Blanch. in tr. de comprom. qu. 9. n. 54. Cancer. var. reſol. p. 3.*

*c. 17. n.*

*c.17.n.482.* qui concedunt tn., valere ſententiam in favorem abſentis latam in criminalibus. *Roman: ſing: 193. Gabriel de citat: concl: 1. n.71. Aſyn: in pract. §. 7. cap. 5.* (2) ſi interlocutoria. *Blanch: de comprom: qu. 9. n. 7.* (3) ſi pro fiſco lata. *Aſyn. d. l. c. 7. §. 67.*

*Regula 5ta.*

§. 44. Regula 5ta. *Actus geſtus abſente ſ. non conſentiente, cujus præſentia vel conſenſus requiritur, valet, ſi poſtea ratificetur.* Sic quidquid abſente tutore factum eſt valet, ſi poſtea à tutore corfirmetur. *§. Paulus. ff. de contr: empt. Salicet. in l. ult: C. ad SCt. Maced.* & ſponſalia abſentibus parentibus contracta, poſſunt poſtea per parentes præſentes ratihaberi. *Heig: p. 1. qu. 22. n. 42. Carpzov: reſponſ: elect: lib: 5. reſp: 109. n. 19.* indeq; eſt, quod abſente patre filius poſſit in judicio agere, præſtita cautione de rato. *Bartol: in l. 22. §. 5. n: 8. ff. ſol: matr:* quod etiam affirmatur de patre, abſente filia, & de filia, abſente patre, agentibus de dote. *Barboſ: ad l. 2. §. fin: n. 33. ff. ſol. matr.* Sic etiam in electionis actu ſi abſentes non citentur, poſſunt ratam habere factam electionem. *Mandag. de jur: Elect: c. 5. Sithman in idea juris epiſcop: c. 5. n.* 47.

*Exempla.*

*Limitatio Regulæ 5.*

§. 45. Reſtrictionem verò hæc regula admittit, ut procedat, ſi præſentia ſeu conſenſus alicujus in favorem ejus tantùm deſideretur, non vero ſi ob aliam etiam cauſam. *Blanch: de comprom: qu. 9. n. 54. Sithman: d. l. c. 5. n. 50. 51.*

*Negotia quæ non poſſunt peragi ab abſentibus 1. Ex neceſſitate. Legis*

§. 46. Progrediamur jam ad illa, quæ non poſſunt peragi ab abſentibus, ſed in quibus præſentia perſonarum requiritur. Requiritur itaq; perſonæ præſentia vel *de neceßitate* vel *de utilitate.* Neceſſitas illa imponitur vel à lege vel à judice.

§. 47. A lege requiritur perſonæ ſtipulantis præſentia in ſtipulatione. *l. 1. in pr. & §. ſeq. ubi DD. ff. de v. obl. l. 3. C. eod. Godd. de contr. ſtipul. c. 3. concl. 12. Hering. de fidei. c. 11. n 7. 8.* Deinde etiam actus legitimi, qui ipſius perſonæ præſentiam requirunt, non poſſunt expediri ab abſente. *l. 3. ff de off. proconſ. Rosbach. prax. Civil. tit. 20. de mandat. n. 12 Hotom. qu. illuſtr 34. Duaren. lib 2. diſp. c. 27.* Talis actus legitimus eſt adoptio. *in l. 24. & 25. §. 1. ff. de adopt:* quam iisdem ſolennitatibus, ſi nulla conſvetudo aut ſtatutum in contrarium, quæ jure civili habentur, fieri volunt. *Eguin. Baro ad Tit. Inſt. de adopt part. com. poſter.* Weſenb. *ad Schneidevv. in pr. Inſt. de adopt: n. 3. Gudelin. de jur. noviß. lib. 1. c. 13. Schurff. cent. 1. conſ. 83.*

§. 48. Adoptionis ſpecies eſt unio prolium, idemq; dicendum de hac, quod de adoptione. *Rick de union. prol. c. 6.* requiritur itaq; in unione hac præſentia uniendi & unientis, curatorum etiam & tutorum. *Gail. 2. obſ. 125. n. 5. & 8.* Webner. *Conſ. Francon. 66. n. 1.* Sicut etiam in adoptione requiritur præſentia propinquorum. *Gilken. de præſcr. p. 3. c. 3. n. 78. Gabriel tit. de citat. n. 147.* Ita etiam in unione prolium. *Rick. de un. prol. c. 6 n. 9. Muſcul. de un. prol. lit. K.* deficientibus cognatis, adhibendi affines, amici, aut alii honeſti viri uniendis ſpectata familiaritate juncti. *Hondedæ. conſ. 32. vol. 1. Rick. c. 6. n. 10.* Requiritur etiam præſentia omnium eorum, quorum intereſt, ſive cognati ſint, ſive non. *Gabriel tit. de citat. n. 1. Gilken. de præſcrip. par. 3. c. 3. n 79.*

§. 49. Sed an præſentia cognatorum etiam requiritur in unione puberum & majorennium? videri poſſet quod non, quia puberes habent poteſtatem teſtandi, majorennes v. omnimodam rerum ſuarum adminiſtrationem etiam ſine conſenſu propinquorum. Verum etiam hoc caſu præſentiam requiri illorum rectius ſtatuitur. Eſt enim alia ratio adhuc *in l. 2. C. de adopt.*; non quidem intereſſe cognatorum, ſed ut

dijudi-

dijudicent, an utile ſit adoptando. Proinde etiam affines adhiberi diximus, aut alios honeſtos viros, qvi ſpem ſucceſſionis aut aliud intereſſe non habent, junge. *Webner Conſ. Francon. 76. n. 2. Gylman, tom. 1. par. 3. vot. camer. 13. n. 12. & 15. Joh. Philipp. in Inſtit. lib. 1. Eclog. 74.*

§. 50. Legitimari poſſe abſentem ſupra diximus. Nihilominus, illi qvorum intereſt, debent citari, hac tn. diſtinctione; qvod pater poſſit filium legitimandum tradere etiam non reqviſitis cognatis, qvod ſi v. princeps legitimet, fatetur qvidem *Boër. deciſ. 122. n. 3.* etiam poſt mortem patris poſſe in præjudicium cognatorum, non reqviſitis illis, fieri, verum an Principis poteſtas eousq; ſe extendat, dubito, neq; enim poterit jus ſuccedentibus ab inteſtatô ſemel jam qvæſitum ſine cauſa adimere. Qvod ſi v. ab inferiore v. gr. Comite Palatino, actus legitimationis peragatur, utiq; debent vocari omnes, qvorum intereſt. *Angel. Conſ. 401. Cuman. conſ. 168. verſ. 8. Fulgoſ. conſ. 16.*

§. 51. In materia Tutelæ reqviritur, ut tutor præſens autoritatem præſtet. *l. 9. §. 5. ff. de aut. tut. Hotom. 1. reſp. amic. c. 30. in fin. & lib. 8. obſ. 3. Tiraq. de retr. conv. gloſſ. 5. n. 7.* Non tn. reqviritur, ut tutor illi adſit, cum qvo pupillus contrahit dummodo ipſi pupillo adſit. *l. 9. § ult. & ibi Angel. n. 1. ff. de autor. tutor.*

§. 52. Et debet tutoris autoritas ſ. præſentia accedere non tm. in judicialibus. *l. 1. C. qui leg. perſon. ſtand. l. 15 ff. de autor. tutor.* Sed etiam in extrajudicialibus. v. gr. emptione venditione. *l. 13. §. 29 ff de act. empt.* commodato. *l. 1. §. fin. ff. commod.* Societate *l. 1 ff pro ſocio. Alexan. conſ 49. n. 1. lib. 1.* & maximè in donatione. *Cancer. reſol. p. 1. c. 8. n. 27.* & ſolutione *l. 41. ff. de condict. in deb.* ampliatur a. qvod præſentia tutoris reqviratur, qvamvis ſub ſpecie lucri aliqvid geratur. *§. 1. I. de autor. tut. ubi Bald. in verb. neq; tn. Villalob. com. opin. lit. H. n. 38.*

§. 53. Judicialia qvod attinet. Non valet teſtium juramentum ſine præſentia partium. *l. 19. C. de teſtib. Campeg. de teſtib. reg. 379. & qv. 546. reg. 167. Cornazan, deciſ. Lucenſ. 124. n. 6. Clarus in pract. qv. 11. verſ. item quæro. & in qu. 48 & qu. 50.* Ipſi etiam teſtes non poſſunt deponere abſentes. *Hering. de fidej. cap. 11. n. 20. & ſeq.* Sententia deniq; ipſa in abſentem lata, regulariter eſt nulla *Gamma deciſ. Lucenſ. 237. Suaretz. theſ rec ſent. lit. S. n 54 Gabriel. Concl 1. n. 63. de citatione.*

§. 54. Non rarò etiam reqviritur præſentia perſonarum à judice, qvi præſentiam illam ex cauſa aliqva injungit. Huc pertinet, qvamvis teſtator tutori remittere poſſit ſolennem inventarii confectionem, qvæ præſentiam perſonarum publ. reqvirit *Godofr. ad l. 13. §. 1. C. arbitr. tut. Montan. de tutel. c. 32.* tamen judex poteſt, non attenta voluntate teſtatoris, ex cauſa injungere ſolennem inventarii confectionem. *Decius Conſ. 319. circ. fin. Manz. de tutel. p. 1. tit. 7. qv. 3. n. 41. Piagg. de tutor. qv. 7. n. 6. Sainxon. ad conſuet. Turonenſ. des tuteurs ar 2.* Sicut ex adverſo poteſt ob utilitatem pupilli remittere vel inhibere ſolennem inventarii confectionem. *Montan. de tutel. c. 32. n. 109.* *Judicis.*

§. 55. Qvamvis etiam regulariter ad judicium citatus in perſona propria qvis non tenetur venire. *Pacian. lib. 2. de probat. c. 48. n. 10.* Interdum tn. ex cauſa poteſt judex injungere, ut citatus perſonaliter compareat. *l. 26. C. de procur. l. 1. §.*

 uſus.

*uſus. ff. eod. Möller. lib. 4. ſemeſtr. c. 20. Klock. vol. 2. conſ. 18. n. 44.* Et maximè in criminalibus ipſius Rei præſentia conducit ad veritatem indagandam. *c. 1. de judic. in 6. Carpzov jurisp. Conſiſt. lib. 3. tit. 5. def. 65. Guid. Pap. deciſ. 255. Wurmſer. 5. obſ. 4. Manz. de procur tit. 3. qv. 8. n. 72.*

(2) *Ex utilitate. Præſentia teſtiū.* §. 56. Porrò non qvidem ex neceſſitate, ſed ex utilitate præſentia perſonarum ſæpè reqviritur. Sic ad probationem inducendam utile eſt, ut teſtes adſint contractui vel alii negocio. v. gr. ſponſalibus contrahendis, ne qvando alterutra pars negare poſſit actum. *Heig. p. 1. qu. 22. n. 49. Boër. Conſ. 40. Beuſt. de ſponſal. c. 26. & c. 13. Hoſtienſ. in ſumm. c. 1. n. 2. de cland. Sponſ.* Teſtes autem qvi ſe in præſentia fundant, præ reliqvis probant. *Ruin. Conſ. 145. n. 2. lib. 5. Pariſ. Conſ. 162. n. 14. lib. 4. Beltram. deciſ. rot. Rom. 325. n. 7. 8. Pacian. de probat. lib. 1. c. 40. n. 16.*

*Præſentia cognatorum* §. 57. Sic utilis eſt præſentia cognatorum ejus, cum qvo contrahis. Excludit enim præſumptionem doli & metus *Alciat. reſp. 5. n. 22. lib. 1. & reſp. 504. n. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 4. n. 14. & præſumpt. 128. lib. 3. per c. fin. X. de rapt. Beltram. deciſ. rot. Rom. 327. n. 39. Boër. deciſ. 100. n. 7. per l. 35. C. de tranſact.* Imò contractum à minoribus aut aliis in poteſtate conſtitutis initum, non poſſe per reſtitutionem everti, ſi adfuerint cognati, volunt *Kellenbez. de renunc. fœmin. qv. 5. n. 16* qvi addit; tàm ex materna qvàm paterna linea cognatos eſſe adjungendos actui, per *Mynſing. reſp. 66. n. 19. dec. 6.* junge. *Wibel. de contr. mulier. c. 4. n. 145. Mev. ad jus Lüb. lib. 1. tit. 10. ar. 1. n. 53.*

*Præſentia judicis.* §. 58. Præſentia judicis etiam omnem præſumptionem doli & metus excludit *Bargal. de dol. lib. 3. c. 1. diviſ. 9. n. 60. in fin. Alciat. in l. 29. C. de pact. Menoch. lib. 3. præſ. 128. n. 6.* Contumaciam & malitiam contrahentium inhibet. *Angel. de maleſic. in verſ. verba injurioſa. n. 14. Bellouiſ. in practic. lib. 1. c. 6 verſ. judice pro tribunali. l. 7. §. 7. ff. de in jur. Boër. deciſ. 83. n. 11.* Inſtrumentum etiam coram judice confectum habet præſumptionem juris & de jure. *Hering. de fidejuſ. c. 7. n. 435.* magnamq; in confectione inventarii judicis præſentia habet utilitatē. *Duenn. reg. 187. n. 15. Porcellin. tr. de invent. hær. n. 9. c. 11.* Confeſſio etiam facta coram judice tàm pro tribunali ſedente, qvàm extra judicium, ſuam vim habet, & modo plenam, modo ſemiplenam probationem inducit. *Maſcard. de prob. concl. 344. n. 10. Pacian. de prob. l. 1. c. 29. n. 39.* Cancer. *reſol. p. 2. c. 12. n. 35. Raudenſ. deciſ. Piſan. 19. n. 33. Magon. deciſ. Florentin. 77. n. 14.*

*Actus publicè geſti.* §. 59. Qvando porrò actus publicè & palàm geſtus eſt, ceſſat doli præſumptio. *Caſtrenſ. Conſ. 9. n. 15. vol. 5. l. 54. ff. de admin. tut. Menoch. Conſ. 98. lib. 1. n. 35. Bargal. de dolo lib. 2. c. 3. n. 6.* Si ſcil. actus per ſe nihil mali contineat, ſed ſit natura ſuâ dubiæ interpretationis. Qvi a. in illicitis per ſe verſatur, gravius peccat in publico, qvàm privatim. Sic injuria illata præſentibus multis gravior habetur. *c. 1. de maledicis. Nicas. de Vorda in §. atrox. n. 3. J. de injur.* qvàm quæ in ſolitudine infertur. *l. prætor edixit. §. atrocem & ibi Gloſſ. in verb. ſolitudine ff. de injur.* nec tàm gravis, qvæ in villa, qvàm qvæ in civitate in medio foro aut platea. *Plaza in epit. delict. lib. 1 c. 6. n. 15. Gomez var. reſol. tit. de delict. c. 6. rubr. de injur. n. 4.*

§. 60. Qvi lbet deniq; actus, qvi inter abſentes aliàs poteſt celebrari, utili-

ter ab ipſis præſentibus perficitur. **Notum eſt enim, qvod præſente aliqvo & non** contradicente fit, in id præſumi præſentem conſentire. *Maſcard. concl.* 1218. *Hondedæ vol. 2. conſult. 32. n. 24* ubi vide limitationes. *Weſenb. conſ. 35. n. 14. p. 1. Cacheran. deciſ. 62. n. 19.* Sic fidejuſſor conſtitutus, ſi præſens eſt in judicio & tacet, habetur ſtatim pro conſentiente, *Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 49.* Imò conſentire videtur, ſi nomen ſuum tq. fidejuſſor actis inſeri patiatur. *Boër. deciſ. 314. n. 5. Bald. conſ. 204. vol. 1. & conſ. 444. vol. 4. Gerb. de Petr. Sanct. ſingul. 36.*

*Præſentia ipſ. rũ contrahentiũ*

§. 61. Hactenus de objecto abſentiæ vidimus. Formam & modum agendi inter abſentes qvod attinet, Agit abſens aut per ſe, aut agitur pro abſente per alium. Per ſe contrahit abſens vel per epiſtolam, vel per nuncium *l. 2. ff. de pact. Roman. conſ. 86. col. ult. verſ. 6. Lenzius de nomin. & act. ceſſ. cap. 11. n. 6.*

*Forma & modus agendi inter abſentes.*

§. 62. Epiſtola, idem præſtat inter abſentes, qvod ſermo inter præſentes. *Lipſ. inſt. Epiſtol. c. 2. Cuno de pact. lib. 1. c. 14. n. 8. Hering. de fidejuſſ. c. 11.* Reqviſita autem Epiſtolæ præcipua ad obligationem inducendam ſunt (1) ut à ſcribente ſit miſſa, ejusq; voluntate offeratur. *Rimin. conſ. 9. n. 15. lib. 1. Nicol. de Paſſer. lib. 3. de ſcriptur. priv. qu. 1. n. 92.* (2) Debet epiſtola acceptari ab eo, ad qvem ſcripta eſt, neq; enim ante acceptationem obligat. *Nicol. de Paſſer. d. l. n. 32. Pariſ. Conſ. 127. n. 32. vol. 1. l. 10. ff. de donat.* acceptatur a. vel expreſſè, vel tacitè, qn quis ſcil. epiſtolam miſſam ſimpliciter retinet, & alterutra acceptatio ex his ſufficit. *Cuno de pact. lib. 1. c. 14. n. 14. Matthesil. ſingul. 26. Weſenb. Conſ. 8. n. 4. lib. 1. Barboſ. in theſ. locor. com. verb. epiſtola. reg. 1.* niſi fortè alia cauſa dari poſſit, ob qvam retinuerit literas, nec accipiens iis contradixerit, *Cœpoll. cautel. 24. & 9. Maſcard. de probat. vol. 2. concl. 626. n. 39. Gamma deciſ. Luſitan. 336. n. 3. Alex. conſ. 78. vol. 1. n. 2.*

*Epiſtola*

§. 63. Poſt acceptationem non ampliùs conceditur pœnitentia, qvamvis ante acceptationem poſſit pœnitere mittens. *Covarr. in rubr. de teſtib. p. 3. n. 13. Decius Conſ. 226. n. 1. Natta Conſ. 645. n. 10. Mantic. de tacit. conv. lib. 3. tit. 7. de donat. n. 5.*

§ 64. Sed an opus eſt, ut tempore acceptationis adhuc vivat mittens literas, an v. mortuo mittente ante acceptationem nihilominus valeat actus? Affirmant prius *Rimin. Conſ. 10. n. 6. Cuno de pact. lib. 1. c. 14. n. 15. per l. 2. §. 6. de donat. junct. l. 8. C. de obl. l. 41. ff. de reb. cred. Menoch. d. A. I. qu. caſ. 94. n. 19. Mager. de Advoc. arm. c. 9. n. 52.* alii v. affirmant poſterius. *Cancer. reſol. p. 1. c. 8. n. 42. Mantic. de tacit. conv. lib. 13. tit. 7. de donat. n. 5. Möller. ſemeſtr. lib. 4. c. 44.* Verior tn. prior videtur opinio, innititur n. expreſſis juris textibus allegatis, tum etiam qvia ratificatio demum obtinet, ſi ratificanda tempore ratificationis in actum deduci poſſunt. *Cacheran. deciſ. Pedem. 119. n. 22. Hondedæ vol. 2. p. 2. Conſ. 25. n. 26.* mortuus autem non poteſt amplius tempore ratificationis donare aut alium contractum inire *l. 4. ff. loc. Decian. Conſ. 108. n. 77. vol. 2.* junge *Nicol. Paſſer. de ſcriptur. priv. lib. 3. qv. 99.*

§. 65. (3) Reqviritur ut epiſtola nomen mittentis & nomen ejus ad qvem mittitur, contineat. De qvo reqviſito vid. *Maſcard. concl. 626. n. 40. Cornazan. deciſ. Lucenſ. 7. n. 9.*

§. 66. Contrahit qvoqve abſens per ſe, mediante nuncio, tq. organo *l. 1. §. Nunfin. ff. de contr. empt. l. 2. §. 2. ff. de obl. & a.* Reqviritur a. (1) ut nuncius ſit miſſus ab [illegible]



eo qvi

eo, qvi habet animum faciendi id, qvod nunciatur. *l. 14. § fin. ff. de conſtit. pec.*, *Gentil. de nupt. lib. 2. c. 14. Cancer. reſol. p. 1. c. 8 n. 36.* Nihil proinde agit *Roman. Conſ. 295. n. 2.* contrariam tenens ſententiam, qvod ſcil: Donatio valeat abſenti facta, qvam primum ad notitiam abſentis per qvemcunq; pervenerit.

§. 67. (2) Reqviritur ut voluntas mittentis nuncium, accepcetur ab eo, cui nuncius miſſus, perinde ac de epiſtola diximus. *Cacheran. deciſ. 39. n. 9. Mager. de advoc. arm. c. 9. n. 12.* & poteſt mittens, dum nuncius adhuc in itinere eſt, revocare. *Gomez. lib. 4. var. reſol. n. 33. Menoch. Conſ. 96. n. 17.* poſt acceptationem v. non amplius pœnitere licet. *l. 14. §. fin. & l. ſeq. ff. de conſt pec.*

*Agunt pro abſentibus. 1. Defenſor. 2. Negociorum geſtor. 3. Judex. 4. Notarius. 5. Curator.*

§. 68 Agitur porrò pro abſentibus per alios & vel ignorante abſente, vel ſciente. Ignorante abſente. (1) *Per defenſorem.* Qvi ignorantem abſentem defendit in judiciis, ſeu judicium rei abſentis & ignorantis nomine ſuſcipit. *Rosbach. prax. civ. tit. 13. l. 33. §. publicè ff. de proc. & defenſ.* Eſt hic defenſor vel neceſſarius vel voluntarius. Neceſſarius eſt procurator actoris, qvi defendere actorem reconventum tenetur *l. 3. § 3 & ſeq. l. 43. § 4 l. non ſolum ff. de procur. l. 3. C eod.* aut, ſi nolit, actio ei denegatur. *Bachov. ad Weſenb. de procur. n. 12. d. l. 43 § 4. ff. de proc* voluntarius eſt, qvi ſponte ad defenſionem rei accedit. *l. 17. C. de procur. l. 31. §. 2. de Neg. geſt.* Poſſunt autem defendi omnes abſentes. *l. 1 ff quod cujusq. univ. nom.* Et habet defenſor perinde, ut negotiorum geſtor, actionem. *arg. l. 8 pr. ff. de neg. geſt. Rosbach. d. t. 13. n. 34.* (2) per negociorum geſtorem *l. 1. ff. de neg. geſt. §. 1. l. de obl. quæ qſ. ex contr.* (3) Per judicem *Specul. in tit. de prim. & ſec. decr. § jam de effectu. Gabriel. l. 3. concl. 1. n. 85. de v. O.* (4) Per notarium. *Gabriel. d. concl. 1. n. 92. usq. ad n. 104. Cacheran. deciſ. 33. n. 4. Cancer p. 1. reſol. c. 8 n. 43. Covarr. ſub rubr. de teſtib. 3. par. n. 13. Beltramin. deciſ. Rot. Rom 97. n. 1 Tiraq. de conſtit. poſſ. p. 3. lim. 30. n. 23.* (5) Per curatorem, cujus mentio fit in *l. 3. & 4. C. de poſtlim. rev. l. 15. pr. ex quib. cauſ. maj. l. 6. §. ult. ff. de tutel.* qvi datur bonis abſentis, qn. neſcitur ubi degat, aut curatorem ipſe conſtituere non poteſt. *Bartol. in d. l. 3. & 4. C. de poſtlim. rev.* qvod ſi enim ſciatur, poteſt compellari, ut curatorem conſtituat; ſi v. ceſſet, petent cognati proximiores, ut curator detur. *Carpzov. Jurisp. for. p 1076.* Imò etiam judex eum ex officio dat: *Menoch. de A. I. q lib. 2. cent. 2. caſ. 150. n. 19 Decius Conſ. 509. n. 1.*

§. 69. Datur a. hæc cura cognatis proximis *Carpzov. lib. 6. reſp. El. tit. 7. n. 17.* habetq; hic curator plenam adminiſtrationem, poteſtq; in ſolidum agere & conveniri. *l. 2. § 2. ff. de cur. bon. dand. Faber in cod. lib 5. t. 40. def. 11. n. 5 Carpzov. jur. for. p 3. conſt. 14. def. 8. n 7. Montan. de tutel. c. 28 n. 82.* Finitur v. hæc cura abſentis reditu, tum enim redeunti omnia bona ſunt reſtituenda. *Carpzov. p. 3. conſt. 15 def. 56. n. 1. & 2* vel morte abſentis. *Sande deciſ. Friſ. lib 4. dec. 66. n 6.*

§. 70. Qvamvis a. ante ratificationem abſentis actus pro eo, ignorante à negociorum geſtore geſtus, poſſit revocari. *per l. 24 ff. de neg. geſt. Cravett. Conſ. 252.* tm. limitatur hoc (1) in patre acceptante pro filia. *Mainard deciſ. Tholoſ. lib. 4. dec. 7.* (2) in publica perſona v. gr. judice, notario contrahentibus pro abſente, habent enim hoc præcipuum perſonæ illæ, qvod contractus pro abſente initus, jus abſenti

ſtatim

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741506319/phys_0016
DFG

ſtatim acqvirat, ita ut ante acceptationem abſentis non poſſit revocare aut pœnitere altera pars. *Cacheran. deciſ. 33. n. 9, Cancer p. 1. c. 8. n. 9. reſol. Hondedæ par. 3. vol. 2. conſ. 37. n. 27.* qvamvis acriter hanc opinionem impugnet *Hotom. lib. 4. obſ. 25.* (3) Si juramento contractus eſt confirmatus. *Cuno de pact. lib. 1. c. 14. n. 20. Cancer. reſol. p. 1. c. 8. n. 38. Hondedæ. vol. 1. p. 3. conſult. 37. n. 21. Everhard. in loc. legal. à vi juram. n. 10.* (4) qn mediante alia perſona, prorſus extranea, qvæq; non id agit, ut mihi acqvirat, mihi aliqvid donatur. v. gr. Si Titio præſenti aliqvid donetur, ut mihi ſub conditione reſtituat, tum ſufficit Titii præſentis acceptatio, ut mihi jus qværatur, nec ante acceptationem à me factam poterit donans donationem revocare Ita deciſum tenet. *Mainard. deciſ. Tholoſ. lib. 6. deciſ. 69.*

§. 71. Pro abſente porrò & ſciente agit Procurator. *l. 1. in fin ff. de procur.* junct. *pr. I. de his per quos ag.* Hic procurator eſt vel ad litem & cauſam in judicio, vel ad aliud negocium. Uterq; eſt inſtar mandatarii. vid. *Rosbach. prax. civ. tit. 19. de procur. n. 2. Weſenb. par. ff. de procur. n. 6.* Qvamvis autem de jure civili ſtricto obligatio & actio non acqvirebatur per procuratorem ſine ceſſione. *Gödd. de contr. ſtipul. c. 10. concl. 1.* niſi in certis caſibus, qvos vide apud *Bachov. ad Weſenb. ff. de procur. n. 8. §. illa quæſt. Manz. de procur. tit. 3. n. 275. Gödd. d. c. 10. n. 30.* Ex æqvitate tamen utilis datur actio Domino ex contractu Procuratoris, etiam ſine ceſſione. *Weſenb. ff. de procur. n. 8.* imò de jure Canonico illa juris civilis ſubtilitas planè ſublata eſt. *c. fin. de procur. in 6. Gail. l. 1. obſ. 111. n. 3. Wurmſer. pract. obſ. lib. 1. tit. 22. obſ. 7. & tit. 23. obſ. 2. Mynſing. cent. 6. obſ. 11. n. 3.* 6. *Procurator.*

§. 72. Dicendum hoc loco etiam eſſet de tutoribus, curatoribus, Adminiſtratoribus. tam publicorum, qvàm privatorum, &c. Qvi partim pro abſentibus ignorantibus, partim pro ſcientibus illis agere poſſunt. Sed nimis longum foret de omnibus agere, & á propoſito alienum.

§. 73. Pergamus itaq; ad ipſos Abſentiæ effectus. Diviſimus autem eã ſupra §. 4. primo loco in animi & corporis abſentiam. De abſentia animi talis regula erit. *Si quis corpore quidem adeſt, animo v. abeſt, habetur pro abſente, & quicquid comm eo agitur, non poteſt dici in præſentia ejus peragi..* Uti hoc probari poteſt in *l. 27. §. 5. & l. 49. in pr. ff. de recep. arb. l. 1. §. 3. l. 21. § 2. ff. de acq. vel am poſſ. § 9. l. de inutil. ſtipul. Royz. deciſ. Lithuan. 4. n. 329. Hering. de Fidej. c. 7. n. 143.* Notandum tamen, regulam procedere in iis actibus, qvi ab abſentibus non poſſunt peragi, nam in reliqvis, qvi etiam per abſentes fiunt, non pro abſente habetur, ſed planè pro nullo ille qvi animo abeſt, uti explicandus eſt textus in *l. 2. § 1. ff. de procur. Anth. Matthiæ. ad l. 5. de R. Jur. n. 11.* *Effectus abſentiæ. abſentia animi.*

§. 74. Evenit ex adverſo, *ut qui abſens corpore eſt, modo animo ſit præſens, nihilominus pro præſente habeatur.* v. gr. ſi abſens animum redeundi habeat, qvi animus præſumitur etiam ex eo, qvando qvis familiam ſuam relinqvit *Felin. in c. quoniam. 5. n. 10. ut lit. non conteſt. Bartol. in. l. 1. de liber. agnoſc. & in l. ſancimus. C. de agricol. & cenſit.* item qvando qvis caſu aliqvo recedit à loco. *l. ſervus qui ff. de legat. 3. & l. ex facto §. ſervi, ff. de hær. inſtit. Royz. deciſ. Lithuan. 3. n. 93. Boër. deciſ. 13. n. 52.*

§. 75. Diviſimus porrò ſupra §. 16. abſentiam in probabilem & improba-

bilem. *Probabilis abſentia regulariter nemini debet eſſe damnoſa. l. 28. §. 1. ex quibus c.*
*Abſentia probabilis.* *maj. Card. Tuſch. lit. a. concl. 33. n. 8. 9.* Indeq; eſt qvod pro præſentibus habeantur, ſi de commodo eorũ agatur. *l. 78. pr. ff. de legat. 3. l. 20. §. 6. de inſt. legat. Carpz. reſp. El. l. 6. tit. 2. reſp. 14. n. 24. Bocer. de bello & duell. lib. 1. c. 18. n. 7. Menoch. Conſ. 182. lib. 2. Cachemn. deciſ. 92. n. 10.* qvod ſi v. damnoſa eſt præſentia tum non habentur pro præſentibus *arg. l. 6. C. de legib.*

§ 76. Infertur itaq; ex hac regula (1) qvod nemo debeat ob juſtam abſentiam jure ſuo privari. Sic abſentia ſervi juſta mercedis qvantitatem non minuit. *Caroc. de locat. p. 2. qu. 117. Bonacoſſ. de famul. qu. 103. per l. 1. verſ. quod ſi morbo. C. de præpoſ. ag. Stamm. de ſervit. perſon. lib. 2. c. 2. n. 6. & lib. 2. c. 10. n. 10.* v. gr. ſi recreationis cauſa ad reficiendas vires abeſt. *l. 20. § 5. ff. de ſtat. lib. l. 19. & 22. § ult. l. 26. & l. pen. ff. de oper. libert.* aut ad capiendum cibum *Natta tom. 1. conſ. 227. Stam. de ſervit. perſon. lib. 2. c. 9. n. 9. in fin.* aut tempus in itinere conſumit ad dominum abſentem proficiſcens. *Guid. Pap. deciſ. 217. Godofr. tr. de ſalario. c. 6. n. 7. per c. imperialem. §. firmiter. ibi: ſpatio competente. ubi Gloſſ. & DD. de probib. Feud. per Frider. Roſenth. de feud. c. 8. concl. 26. n. 9. Schrad. de feud. p. 6. c. 6. n. 43.* Huc pertinet qvod vaſallus non amittat feudum, ſi ob juſtam abſentiam, inveſtituram tempore legitimo non petierit. *Schneidewin. Epit. feud. p. 5. n. 4. & p. 8. n. 9.*

§. 77. Sponſa porrò tenetur abſentem ſponſum ex juſta cauſa expectare. *l. ſæpè 17. ff. de ſponſal. Corvin. in aphor. jur. Canon. lib. 2. tit. 12. §. diſſolvuntur.* Et uxor maritum, donec cauſa ceſſet, vel de mariti morte conſtet. *c. 19. X. de ſponſal. c. 2. X. de ſec. nupt. Schneidew. ad tit. Inſt. de nupt. rubr. de divort. n. 38. Arniſæ. de Jur. Connub. c. 6. ſect. 7. Carpzov. lib. 2. Jurisp. Conſiſt. defin. 170. n. 3. 4. Balduin. lib. 4. Caſ. conſc. c. 13. caſ. 7.* præſertim ſi maritus cum conſenſu conjugis abierit. *Balduin. lib. 4. caſ. conſc. 13. caſ. 7. Prükner. in manual. Theol. qv. 51. cent. 9.* imò ſi juſta ex cauſa aliò maritus domicilium transferre vult, debet uxor maritum ſeqvi *per l. 26. §. 3. de jur. dot. Corſet. in ſingul. verb. vagabundus Grönwegen. d. ll. abrog. ad l. 5. ff. de bon. damn. Mævius ad jus Lübec. lib. 1. tit. 5. art. 10. n. 60.* neq; tn. damnoſa debet eſſet mulieri virum ſeqventi abſentia, & proinde retinet jus in bona parentis indiviſa perinde ac ſi præſens eſſet. *A. Faber. in Cod. lib. 7. tit. 1. def. 11.*

§ 78. Tenetur porrò pater alere liberos extra domum, ſi v. gr. ſtudiorum cauſa abſunt. *Tulden. in tit. C. de alend. lib. n. 3. Aſcan. Clem. eff. 17. n. 33.* &, qvamvis invito patre literis incumbat filius, tn teneri patrem ad eam ſumptuum qvantitatem, qvàm domi eſſet expenſurus in filium, volunt. *Salicet. & Bartol. in l. Macedoniani. C. ad SCt. Maced. Aſcan. Clem. d. l. n. 33. P. Chriſtinæ deciſ. Belgic. vol. 3. tit. 25. deciſ. 43. n. 18. & deciſ. 160. n. 9.* qvamvis alii itidem ad omnes ſumptus hoc caſu patrem teneri, velint, *Menoch. de pr. ſumpt. lib. 4. præſ. 191. n. 12. Caſtrenſ. in l. 5. C. ad SCt. Maced. Kremberg. de ſumptib. ſtudior. qv. 7. n. 10.* tenetur etiam pater alere liberos ex alia juſta cauſa extra paternam domum viventes, per *l. 14. ff. de re mil.* v. gr. ob ſævitiam patris *Jaſon. in l. 1. n. 1. cum ſeq. C. de legat. Aſc. Clement. eff. 17. n. 32.* aut novercæ intemperiem. *Coler. de alim. lib. 2. c. 3. n. 6. Pontan. de alim. c. 5.* in fin. aut ſi pater cauponatius, nec filia poſſit ſalvo pudore in domo paterna verſari. *Rol. à valle conſ. 22. n. 11.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741506319/phys_0018
DFG

§. 79. Porrò juſta abſentia etiam præſcriptionem impedit. *Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 10. n. 12.* v. gr. qn qvis ob morbum aut ob peſtem graſſantem abeſt. *Roland. à valle vol. 1. Conſ. 79. n* 15 *Weſenb. par. ff. de uſuc. n. 14.* aut qn qvis ob ſtudia abeſt, habet reſtitutionem in integrum. *Rebuff. privil. 119. fol. m. 361. Richter ad auth. habita. p. 3. priv. 5.* & qvamvis *Alex. conſ. 58. lib. 5. n. 9.* velit, etiam culpoſam abſentiam tollere præſcriptionem, rectius. tn. cum *Felino in c. ex transmiſſa. col. 1, X. de praſcr.* contrarium ſtatuemus, præſertim cum *Felinus* laudet Alexandrum ipſum, qvod opinionem ſuam mutaverit *Conſ. 220. in fin. lib. 6* junge *Cravet. conſ. 293. Pariſ. Conſ. 59. n. 3. vol. 1. Rol. à valle d. Conſ. 79. n. 18. Neguz. de pignor. 6. par. 2. memb. Balb. de præſcr. 4. par. memb. 4 pr. qv. 3. & p. 1. ult. part. n. 25.*

§ 80. (2) Infertur ex regula propoſita; *quod ſufficiat per ſubſtitutum officio fungi, ſi quis perſonaliter ob juſtam cauſam adeſſe non poſſit.* Sic ſervire qvis poteſt per alium, ſi vel ætas vel dignitas, vel alia juſta cauſa adeſſe non permittit *Bald. in l. 16. C. de epiſc. & Cler. Alex. Conſ. 10. lib. 5 l. un. §. 39 v. ſin a. in faciendo, C. de caduc. toll. l. 4. in fin. ff. de procur. Stamm. de ſerv. perſon. lib. 2. c. 2. n. 7. Balthaſar. de oper. ruſt. c. 30. Erbard. de oper ruſtic. concl.* 32. Sic in feudalibus non tenetur vaſallus in propria perſona comparere, ob minorennitatē *Schrad. de feud. p. 6. c. 6. n° 9. 2. Feud 26. c 8.* vel dignitatem. *Pariſ. Conſ. 16. n. 8. lib. 1. Kobl. de ſervit. feudal. par. 4. n. 148.* ubi plures recenſet cauſas, qvare non teneatur vaſallus ſervire in propria perſona. jung. *Menoch. de A. I. q. caſ. 231. n. 41. Cacher. deciſ. Pedem 27.*

§. 81. Huc etiā referri debet, qvod judex ob juſtā abſentiam non teneatur in propria perſona judicare, ſed poteſt mandare jurisdictionem alteri. *l. 1. pr. ff. de off. ej. cui mand. eſt jurisd. & ibi Godofr. Hillig. in Donell. l. 7. c. 8. lit. DDD. Royz. deciſ. Lithuan. 3. n. 79.* tàm merum, qvàm mixtum imperium, jurisdictionemq; ſimplicem, omniaq; illa, qvæ ſpeciali conceſſione habet. *Weſenb. ad l. 2. C. de pedan. jud.* qvamvis non malè *Hillig. d. l.* addat; cognitionem tantum mandari poſſe, non v. ipſum merum imperium, h. e. gladii poteſtatem; hanc enim etiam abſens judex poteſt exercere, dato de executione mandato, aut reſervare poterit executionem usq; ad reditum. Procedunt tn. hæc tantum de judice ordinario, non v. delegato, hic n. non poteſt ſubſtituere alium, niſi ſit delegatus Principis. *l. 5. C. de judic. Tulden. in comm. ff. de judic. n. 2. c. fin. de off. deleg. Carpzov. in proceſſ. judic. tit. 2. art. 3. n. 24.*

§. 82 Qvamvis deniq; qvis à judice venire juſſus ſit in propria perſona, vel ex fori conſuetudine teneatur ipſe venire, uti de tali conſuetudine teſtatur *Cancer. var. reſ. p. 3. c. 12. n. 66.* tamen ſi ob juſtam cauſam non compareat, contumaciæ crimen minimè incurrit. *Farin. crimin. p. 1. qv. 11. n. 12 Damhoud prax. crim. c. 25.*

§. 83. (3) Infertur: *quod abſentia juſta ſæpè excuſet ab oneribus ſubeundis, maximè perſonalibus. l. 6. §. 5. ff. de muner. & honor. l. 10. ff. de vacat. muner. D. Marquard. de jur. mercat. lib. 1. c. 18. & c. 13. n. 6.* Sic abſens Reip. cauſa excuſatur, durante abſentia, à tutela. *l. 41. §. 2. ff. de excuſ. tut. l. 1. C. de profeſſ. & medic.* Diſtinguendum tn. inter tutelam ſuſcipiendam tempore abſentiæ, & ſuſceptam ante abſentiam. Illam non tenetur ſuſcipere intra annum vacationis poſt reditum. *l. 2. C. ſi tu. vel cur. Reip. cauſ.* junct. *l. 4. § 12. ff. de va-*

*ff. de vacation* Hanc qvidem retinet, non tamen adminiſtrat, ſed curator, dum abeſt, ei adjungitur. §. 2. *I. de excuſ. tut.* & rediens illicò recipere tenetur. *l. 10. ff. de excuſ. tut. §2. I. eod. l. 2. ſi tut. vel cur. Reip. cauſa. l. 1. C. in quib. caſ. tut. vel cur. ab.* Abſentes ex alia juſta cauſa etiam excuſantur tempore abſentiæ. *l. 6. in pr: ff. ubi pup. educ. deb. Manz. de tutel p. 2. tit. 2. qv. 7. n. 37. l. 2. ff. de tut. & Cur. dat.* non tamen redeuntes annũ vacationis habent, qvod abſentiũ Reip. cauſa privilegium eſt. *d. l. 4. §. 1. de vacation.*

§ 84. Qvodſi jam contigerit, Tutores abſentes mori, tum ſubſtitutus tutelam retinet. *l. 12. ff. de tutel. ubi Bartol.* in eoq; differt actor à tutore ſ. curatore in locum abſentis tutoris. Actoris n. officium morte tutoris finitur. *Bartol. in l. ſolet. n. 1. §. 2. ff. de tutel Ferrar. in libell. quo agitur ad redd. rat. tut. in verb. coram n. 4. jung. § quodſi tutor. I. de Curator. l 24. ff. de admin. tut.*

§. 85. Excuſantur etiam abſentes juſta ex cauſa, à teſtimonio dicendo. *l. 8. ff. de teſtib. ubi Bald. Reüber. de teſtib. p. 2. n. 220.* qvodſi v. venire velint, tenentur ſumptus eis ſuppeditare, qvi illos evocarunt. *per l. 4. §. in judicio. verſ. ſed etſi meſſor. ff. fin. regun. Cacheran. deciſ. 40. Crot. de teſtib p. 9. n. 60.*

§. 86. (4) Infertur: *quod pœnæ non poſſint imponi omiſſis ſeu neglectis, ob juſtam abſentiam.* Sic qvamvis tutor debet contutoré, ſi opus eſt, accuſare ſuſpecti *l. 1. C. ſi tut. vel cur. non geſſ. l. 53. ff. de admin. tutor.* tamen excuſatur, ſi abſens fuit. *arg. l. 29. ff. de admin. tutor.* Sic qvamvis mater debet petere tutoré pupillis liberis intra annum. *l. 1. ff. qui pet. tutor, Corne Conſ. 87. n. 2.* tn. ſi abſens fuit, excuſatur nec incurrit pœnam. *Monman. de tutel. c. 98. n. 33* qvibus junge, ſi lubet, *Hering. de fidej. c. 15. n. 75.* Limitanda tn. 4ta hæc illatio in pœnis conventionalibus, à qvibus non excuſat abſentia, juxta *Corſet. in ſingul. lit. P. in verſ. 6. Pœna Hugo. Conſ. 121. n. 3.*

§. 87. 2da Regula de abſentia probabili erit: *quod nemini debeat præjudicare, in acquirendo lucro.* Si ſcil: lucrum eſt ſine damno aut pœna alterius *l 27. ff. ex qu. c. maj. l. 41. eod. l. 18. eod* ex qvibus locis interpretanda eſt vox: proſit in *l. 1. pr. ff. eod.* ut ſcil: ſubintelligantur verba: *cum damno alterius* junge *Tiraq. de retr. gentil. § 35. gl. 2 n. 10. p. l. 140. ff. de R. I. & l. 206. eod Richter. p. 2. deciſ. 96. n. 138* Huc facit, qvod etiam aliàs ea, qvæ uni proſunt, alteri v. non noceant, concedantur facilè. *Bartol. in l. ſi cuj. de ſervit. Menoch de arbitr. jud q. cauſ. 237. n. 19* Qvodſi v. abſentes lucrari incipiant cum damno alterius, tum competunt contra eos remedia v. gr. reſtitutionis. *l. 21 pr. & l. 22 ff. ex qv. c. maj.* aut actio contra fidejuſſorem, qvæ abſente aut abſcondente ſe debitore, datur. *Weſenb. par. ff. de fidej. n. 6 auth. præſent. C. de fidejuſſ. Caroc. de excuſ. bon. p. 2. qv. 46. Hering. de fidej. c. 27. n. 262 Boer. deciſ. 277. n. 2.*

§ 88. Qvæ itaq; hactenus aſſeruimus de effectibus abſentiæ probabilis, limitantur. (1) In abſentia merè voluntaria, ſine tn. dolo aut contumacia. Hic n. diſtinguendum puto, an notitiam abſens habuerit damni ex abſentia orituri, an v. nullam, ex eo n. tempore qvo notitiam de illo habuit, nullaq; juſta cauſa abſentiæ dari poterit, non ferendum erit, ut negligentiæ præmium ferat, præſertim cum damno & præjudicio tertii.

*Circa effect9 abſentiæ probabilis limitatio I.*

§ 82

*Limitatio 2.*

§. 89. (2) Limitanda ſunt: Si culpa abſentiam per ſe probabilem præceſſerit. Tum n. non excuſat abſentia illa, exemplum eſt in *l.* 2. §. 8. *ff ſi quis caution: Boer: deciſ.* 40. *n.* 4. neq; affecta-ta abſentia privilegium tribuit *Tyraq: de retr: conſang:* §. 35. *gloſs:* 4. *n.*29. *l.*4. *ff. ex qu: c. maj.*

*Limitatio 3.*

§. 90. (3) Si damnum tale accidat, quod etiam præſens præcavere aut evitare non potuiſſet. *Zaſius in* §. *rurſus. I. de act. Mauriz. de reſtit: in integ: qu:* 358.

*Limitatio 4.*

§. 91. (4) Si abſens procuratorem reliquit *Barboſ. in theſ: loc: comm: voc: abſentia reg:* 1. aut relinquere vel mittere debuit; quando v. ad hoc teneatur vide latè *Royz: deciſ: Lithuan:* 4. *n.*476. *Reiger: in theſ: jur: voc. abſentia n.* 39. *Pacian: de probat: lib:* 2. *c.* 46.

*Remedia abſentibus ex probabili cauſa competentia.*

§. 92. Inter remedia, quibus abſentes ex juſta cauſa, uti poſſunt, quo jura & effectus jam enarratos ſalvos retineant, præ reliquis ſunt. (1) *reſtitutio in integrum*, & proinde rectè *VVeſenb. par: ff. ex qu. c. maj.* nil æquius, ait, eſſe; quàm abſentiam neceſſariam nullius in fraudem redundare. Datur a. reſtitutio non tantum Reip: cauſa abſenti. *l.* 1. §. 1. *ff. ex qu: c. ma:* ſed etiam ob aliam juſtam cauſam, v. gr: mercatoribus. *Od. de reſtit. in int: qu.* 7. *art. ult: VViſſenb: Exer:* 15. *th:* 4. aut ex alia juſta cauſa, quæ prætori æqua videbitur. *l.*26. §. 9. *ff. ex qu: c. maj* cauſa *ſc.* cognita. *VVeſenb. ff. de reſt. in integr. in fin.* (2) Remedium *l.* 1. *C. ſi per vim vel al. mod. abſent.* &c. cui remedio hoc ſingulare ineſt, quod ſervus poſſit pro domino agere, cum alias perſonam ſtandi in judicio non habeat. *Menoch. de recup. poſs. rem.* 6. *n.* 9. (3) jus revocandi domum, quale habent Legati *l.* 2. §. 4. & 5. *l.* 8. *l.* 24. *de judic.* & alii olim, juſta ex cauſa Romæ degentes vel potius commorantes negocii expediendi cauſa. De quo jure vide latè *Umm. diſp. proceſs.* 4. *th.* 1. *lit. a. Cancer. var. reſol. p.* 2. *c.* 2. *n.* 35. & *n.* 249.

*Regula de abſentia improbabili.*

§. 93. Porrò de abſentia improbabili regula erit: *quod nullo privilegio aut favore gaudeat.* Indeq; eſt quod bannitus modo pro præſente, modo pro abſente, prout odium ejus requirit, habeatur. *Card. Tuſch. concl. lit. a.*33. *n.*2. imò quemadmodum abſens ex probabili cauſa retinet jura integra, ita amittit ea, ex adverſo abſens ex cauſa improbabili. Sic malitioſè deſerens uxorem amittit proteſtatem in deſertam. *Schneidevv. ad Tit. de nupt. rubr. de divort. n.*46. daturq; poteſtas nubendi parti deſertæ ſi nō de jure Canonico. *per c per latum.* X. *qui fil. ſint legitim.* tn. juxta obſervantiam Conſiſtoriorum. *Arniſ. de jur. connub. c.*6 *ſect.* 7. *n.*4. *Carpzov. juriſp. Conſiſt. lib.* 2. *tit.* 11. *def.* 192. omniaq; jura conjugalia deſertori adimuntur, ita quidem, ut ſi in favorem partis deſertæ ſint illa jura conjugalia, poſt ſententiam demum, ſi in odium, ſtatim ab ipſo deſertionis momento pereant. *Carpzov. reſp. El lib.* 6. *tit.* 10. *n.* 17. Sic filius ſine juſta ac probabili cauſa abſens non poteſt petere alimenta à patre. *Aſcan. Clem. de patr. pot. eff.* 17. *n.* 31.

*Limitatio 1.*

§. 94. Limitatur tn. (1) in iis juribus quæ ex improbabili cauſa abſenti à jure ipſo reſervantur, uti bannito vel relegato reſervantur jura naturalia, quamvis civilia amittat. Indeq; filius exul aut bannitus nihilominus à patre alendus. *Nellus de bannitis p.* 1. 2. *temp. qu.* 48. uti è contra pater exul à filio Bart. in l. ſi quis *à liberis.* §. 1. *ff. de agnoſc. l.* Sic abſens ex delicto non amittit hodierno jure, jura conjugalia. *l.*24. *verſ: ſi autem Cod: de don: int: vir: & ux. l.* 1. *C. de repud. Nov.*22. *c.* 8. & 13. debetq; mariti banniti conſenſus requiri in contractibus uxoris *Tiraq: in ll. Conn. gl.* 8. *n.* 35. item ali debet maritus ex delicto abſens *Barboſ. ad l. ſi conſtante n.* 31. *ff. ſol. matr. Rimin. conſ.* 599. *n.* 3. *lib.* 3. (2) quando ex culpa ſ. delicto *abſens* non principaliter ob delictum ejusve favorem, ſed ob aliam cauſam, puta favorem tertii ab onere aliquo relevatur. Sic in locum tutoris relegati in perpetuum, datur alius Tutor ob favorem pupilli *arg. l.* 28. *th. fin. ff. de excuſ. tut.* uti etiam in locum deportati. *arg. l* 4. *C. in qb. cauſ. tut. hab.*

*Limitatio 2.* (margin, beside clause (2))

*Effectus abſentiæ cum contumacia.*

§. 95. Inter improbabilis v. abſentiæ ſpecies non minima eſt, quæ comitem habet contumaciam. Ne itaq; hæc proſit abſentibus, vel obſit præſentibus, dantur varia remedia. Et quidem ſi abſens reus citatus & non comparens, eſt intra juriſdictionem jus dicentis, aut mulcta ei poteſt dictari. *l.* 2. *ff. ſi quis in jus voc.* aut in expenſas damnari. *l.* 15. *C. de judic.* aut lictoribus miſſis pro re nata in judicium trahi. *Panorm: ad c.* 4. *circ. fin extr. de dol: & contum.* Si v. neſciatur ubi degat abſens, tum ſolet legitimè citari vel ad domum vel per edictum. Si non comparuerit, poteſt vel in cauſa ipſa procedi, ſi de ea liquet, & lis conteſtata eſt, ſi v. non liquet, tum poſt litem conteſtatam miſſio fit in bona, ita ut ſtatim actor verus efficiatur poſſeſſor, & Reo abſenti ſola proprietatis quæſtio remaneat. *Corvin: in aphor: jur: Can: lib:* 3. *tit:* 22. *Brunnem: in*

*manual*

*manual: Cod: lib: 3. tit: 1. Vmm: in proc: diſp. 6. §. 3. n. 11.* Lite v. non conteſtata miſſio fit in bona ex primo decreto. *c. 5. §. in aliis. ut lit: non conteſt: c. 1. de eo qui mittitur in poſſ:* intra annum non comparente reo ad miſſionem ex ſecundo decreto deveniri ſolet. *Bartol: in l. 15. §. Iulianus: ff. de damn: inf.*

*§. 96.* Hic v. notandum, ſi ex vera contumacia abſens ſit reus, tum poſt ſententiam latam nullum ei juris auxilium ſupereſt; ſi v. ex præſumpta contumacia abeſt, poteſt poſteà adveniens & innocentiam probans reſtitui, aut appellare *gloſſ: in Clem: 1. de dol. & contum.* vide ſlatè *Farinac: p. 1. lib. 1. tit: 1 qu: 11. n. 50. & ſeqq.*

*Effectꝰ abſentiæ diuturnæ, & non diuturnæ.*

*§. 97.* Diſtinximus porrò ſupra *§ 17.* Abſentiam in diuturnam, & non diuturnam. *Diuturna* abſentia habetur pro morte. *Boer: deciſ: 88. n. 2. Bald. in l. 93. ff. de condit: & demonſtr.* maximè cum publica mortis fama accedat. *Socin. conſ. 26. n. 5. lib. 2. Munnoz. d. Eſcobar de ratiocin. admin. c. 6. n. 49.* Multa præterea conceduntur ſingulariter in jure ob diuturnam abſentiam. Sic ob diuturnam abſentiam teſtes ante litem conteſt. recipiuntur. *Mynſ. cent. 4. obſ. 71. c. 5. in pr: ut lit. nō conteſt.* Et ob abſentiam parentis diuturnam non requiritur conſenſus ejus, in contractibus ſ. negociis filii. *Tiraq. in ll. connub. gloſſ. 8 n. 9. Aſcan. Clem. de patr. pot. eff. 4. n. 24. per l. 17. §. 17. ff. de injur. Crabetta. Conſ. 1. n. 10.* In locum Tutoris diu abſentis datur tutor alius, non v. curator. per *l. 17. ff. de tutel. Ludvel. ad §. 5. I. de curat Gloſſ. in l. 1 C. in quib. cauſ. tut. hab.* procuratorem etiam mittere tenetur abſens, ſi abſentia eſt diuturna vel perpetua, cauſaq; celeritatem deſideret. *Bartol. in l. 3. §. ſi quis. ff. ſi quis caution per l. 1. §. ſed excipiuntur. cum l. ſeq. ff. de Fer. Innoc in c. 2. extr. de procur Pacian. de probat. lib. 2. c. 46. n. 38.* Ex adverſo abſentia non diuturna habetur pro præſentia. *Tiraq. ad l. 8. C. de don. revoc. n. 177. verb. ſuſceperit liberos. l. 33. §. 3. ff. de hær. inſt. l. 28 C. de teſtam Royz. deciſ. Lithuan. 3. n 79.*

*Effectꝰ abſentiæ remotæ & propinquæ.*

*§. 98.* Deniq; diſtinximus *§. 18.* abſentiam in remotam & propinquam. *Et* quidem conſenſus eorum, qui in remotis partibus degunt negligi tutò poteſt. *Tyraq gl. 8. n. 19. 20. in ll. Connub* maximè ſi periculum in mora. *Id: gloſſ. 8. n. 131.* Excuſat etiam abſentia ultra C. Lapidem à tutela. *l. 21. §. 2. l. 10. §. 2. l. 42. ff. de excuſ. tut. Mynſ. reſp. 54. n. 7.* Dominus qq. ſi in loco remoto habitet, poteſt operas, debitas à ſubditis in pecuniariam præſtationem convertere. *Knichen. de inveſtit. p. 2. c. 3. n. 70. Koppen. deciſ. 13. n. 2. l. 25. §. 1. & 2. de oper. libert. Beſold. p. 4. conſ. 189. n. 16.* Fidejuſſori datur terminus ad quærendum reum, ſi non de jure ſtricto, ſaltem ex æquitate. *Menoch. de A. I. q. caſ. 40.* niſi fortè in longinquis locis hæreat reus nec facilè conveniri poſſit, tum n. non debet mora fraudi eſſe creditori. *Alex. Conſ. 100. col. pen. Vol. 5. Guid. pap. deciſ 570.*

*§. 99.* Quamvis etiam citatio regulariter debet fieri in ſingulis cauſarum actibus *per c. 5. in fin. de reſt. in int.* Si tn. citandus in loco remoto habitet, ſufficit citatio unica ad totam cauſam. *c 6. de dol. & cont. Angel. de Malet. tr. de teſtib. c. 7. n. 33.* qui addit remedium, quod poſſit judex habitantem in loco remoto compellere, ut conſtituat locum propinquum, è quo facili negocio citari poſſit.

*Abſentiæ probatio.*

*§. 100.* Delibatis itaq; Abſentiæ effectibus, paucis de ipſa probatione abſentiæ addamus: *(1) qn. præſumitur præſentia, abſentia debet probari.* v. gr. præſumitur quis præſens eſſe in loco domicilii. *Tiraq. in ll. conn. gloſſ. 8. n. 29.* aut ubi ratione officii commorari tenetur, de quibus ſimilibusq; præſentiæ præſumptæ exemplis vid. *Maſcard. de prob Vol. 1. concl 5.* Probatur a. abſentia inter cætera vel juramento. *Specul. in tit. de dilat. §. fin. ad fin. Pacian. de probat. lib. 1. c. 39. n. 7.* vel teſtibus per ea quæ habet *Maſcard. de probat. Vol. 1. concl. 8.* vel etiam publica fama. *Bartol. in extrav. ad reprimendum. in verb. per edictum n. 6. Maſcard. d. Vol. 1. concl. 8. n. 6. (2) qn abſentia præſumitur, debet præſentia probari.* Sic ſi quis territorii alicujus civis non eſt præſumitur abſens, indeq; ab adverſa parte abſentiam negante, præſentia probanda erit. *Alex. Conſ. 92. n. 29. lib. 5. Balb de præſcr. 4. par. pr. verſ quaro. n. 4.*

Verum omnia hæc pluribus deducere nec loci nec temporis ratio admittit, quamobrem ſiſto pedem telamq;, cœptam, ſuoq, ſi Deus volet, tempore, pertexendam, hic abrumpo, finioq;-

SOLI DEO GLORIA.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741506319/phys_0023
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741506319/phys_0024
DFG

§. 79. Porrò juſta abſentia etiam præſcriptionem impedit. *M* [illegible] *at.vol.* *1. concl.10. n.12.* v.gr. qn qvis ob morbum aut ob peſtem graſſante[illegible] *à val-* *le vol.1. Conſ. 79.n* 15 *Weſenb.par. ff. de uſuc. n.14.* aut qn qvis ob ſtu[illegible] et re- ſtitutionem in integrum. *Rebuff. privil. 119. fol. m. 361. Richter ad a*[illegible] *priv.5.* & qvamvis *Alex. conſ. 58. lib. 5. n. 9.* velit, etiam culpoſam abſenti[illegible] æſcri- ptionem, rectius. tn. cum *Felino in c. ex transmiſſa. col. 1, X. de præſcr.* [illegible] atue. mus, præſertim cum *Felinus* laudet Alexandrum ipſum, qvod op[illegible] mu- taverit *Conſ. 220. in fin. lib. 6* junge *Cravet. conſ. 293. Pariſ. Conſ 59. n* [illegible] *alle d.* *Conſ. 79. n. 18. Neguz. de pignor. 6. par. 2. memb. Balb. de præſcr. 4. p.* [illegible] *qv. 3.* *& p. 1. ult. part. n. 25.*

§ 80. (2) Infertur ex regula propoſita; *quod ſufficiat per ſubſtit*[illegible]*ngi, ſi* *quis perſonaliter ob juſtam cauſam adeſſe non poſſit.* Sic ſervire qvis po[illegible] ,ſi vel ætas vel dignitas, vel alia juſta cauſa adeſſe non permittit *Bald.* [illegible] *uſc. &* *Cler. Alex. Conſ. 10. lib. 5 l. un. §-39 v. fin a. in faciendo. C. de caduc. toll. l.* [illegible] *rocur.* *Stamm. de ſerv. perſon. lib. 2. c. 2. n. 7. Balthaſar. de oper. ruſt. c. 30. Erbard* [illegible] *concl.* 32. Sic in feudalibus non tenetur vaſallus in propria perſona co[illegible]ino- rennitatē *Schrad. de feud. p. 6. c. 6. n°9. 2. Feud 26. c 8.* vel dignitatem [illegible] *5. n. 8.* *lib. 1. Kobl. de ſervit. feudal. par. 4. n. 148.* ubi plures recenſet cauſ[illegible] tene- atur vaſallus ſervire in propria perſona. jung. *Menoch. de A. I. q. ca*[illegible]*cher.* *deciſ. Pedem 27.*

§. 81. Huc etiā referri debet, qvod judex ob juſtā abſentiam n[illegible] pro- pria perſona judicare, ſed poteſt mandare jurisdictionem alteri. [illegible] *ej. cui* *mand. eſt jurisd. & ibi Godofr. Hillig. in Donell l. 7. c 8. lit. DDD. Royz. d*[illegible] *n. 79.* tàm merum, qvàm mixtum imperium, jurisdictionemq; ſimpl[illegible]; illa, qvæ ſpeciali conceſſione habet. *Weſenb. ad l. 2. C. de pedan. jud.* [illegible] malè *Hillig. d. l.* addat; cognitionem tantum mandari poſſe, non v. ipſ[illegible] peri- um, h. e. gladii poteſtatem; hanc enim etiam abſens judex po[illegible] dato de executione mandato, aut reſervare poterit executionem usq;[illegible] oce- dunt tn. hæc tantum de judice ordinario, non v. delegato, hic n[illegible]bſti- tuere alium, niſi ſit delegatus Principis. *l. 5. C. de judic. Tulden. in co*[illegible] *. 2. c.* *fin. de off. deleg Carpzov. in proceſſ. judic. tit. 2. art. 3. n. 24.*

§. 82 Qvamvis deniq; qvis à judice venire juſſus ſit in propria [illegible] fori conſuetudine teneatur ipſe venire, uti de tali conſuetudine teſta[illegible]*r. reſ.* *p. 3. c. 12. n. 66.* tamen ſi ob juſtam cauſam non compareat, contum[illegible]nini- mè incurrit. *Farin. crimin p 1. qv. 11. n. 12 Damhoud prax. crim. c.* [illegible]

§. 83. (3) Infertur: *quod abſentia juſta ſæpè excuſet ab oneribus ſub*[illegible] *per* *ſonalibus. l. 6. §. 5. ff. de muner. & honor. l. 10. ff. de vacat. muner.* D. *Marc*[illegible]*rcat,* *lib. 1. c. 18. & c. 13. n. 6.* Sic abſens Reip. cauſa excuſatur, durante abſ[illegible] *l. 41.* *§. 2. ff. de excuſ. tut. l. 1. C. de profeſſ. & medic* Diſtinguendum tn. int[illegible]cipi- endam tempore abſentiæ, & ſuſceptam ante abſentiam. Illam [illegible] uſci- pere intra annum vacationis poſt reditum. *l. 2. C. ſi tu. vel cur. Reip.* [illegible] *§. 12.*

*Pa-*